

Assignata geminatōne. quare per. l. di
 stincti sunt psalmi. videndum est quare
 per tres quinquagenas. ideo. s. vt insinu
 etur beata trinitas. que omnia predicta
 prestat. Donat eñ septiformē gratiam.
 iuuat ad implendā legem. 7 in futuro re
 munerat. Sicut cum trinitas multipli
 cat. l. faciunt. c. l. qui numerus omnium
 psalmozum est summa et plenitudo. **Q**
Ueri quoqz solet. vtz vnus sit liber
 psalmoz: an plures. Hierony. v. libros
 dicit esse. propter. v. distinctōes. que fi
 unt per fiat fiat. cui obuiare videtur. qd
 dicit in actibus apostoloꝝ. sicut scriptū
 est in libro psalmoz. nō in in libris. dicit:
 sed in libro dicit. quasi vnus sit liber: n̄
 plures. qd tñ superiori nō repugnat. Bñ
 nanqz multi libri: vnus liber dicuntur
 vt multe ecclesie vna. 7 multi celi vnum
 celum. vnde scriptura dicit: qz aque sunt
 supra firmamentum. i. celum. et eadem ait
 7 aque que super celos sunt laudent. idē
 significans p celos et firmamentuz. i. celū
 Potest etiam dici in libro psalmoz. i. in
 aliquo libro illoꝝ quinqz. quod tamen i
 vsu locutōnis vel n̄ est vl' raro est. Duo
 decim etiam prophetaz: vnus liber dicit
 tur. et omnes etiam canonicę scripture a
 quibusdaz vnus liber esse dicuntur. eo qz
 mirabili et diuina vnitāte concordent.
Illud quoqz non vacat. sed magna cō
 sideratione dignum videtur. **P**rimus
 L. agit de penitencia. **S**ecundus de mīa
 et iudicio. **T**ercius: de laude dei. in san
 tis eius. **I**sti sunt nāqz tres status chri
 stiane religionis. Sic eñ ad eternam: be
 atamqz vitam tendimus. **P**rius: per pe
 nitentiam peccata damnamus: vocante
 deo ad penitentiam. quos apud se in oc
 culto. predestinavit. **I**nde per misericor
 diam. qua iustificati. bene viuimus. ne
 iudicium in futuro timeamus. deo vo
 catos iustificante. **H**ic per misericordiā
 et timorem iudicij. in quo iudicio de ci
 uitate domini disperdentur omnes qui
 operantur iniquitatem. tandem ad vitā
 glorificati intramus. vbi deum sine fine
 laudamus. **A**d hoc etiam pertinet. i. ad

hos. tres. status designādos. **Q**uod dñs
 ait in euangelio. **E**cce eicio demonia. 7
 sanitates perfici. hodie: et cras. 7 scia die
 summor. **D**emonia eicit: cū nos per pe
 nitentiā a peccatis soluit. **S**anitates pfi
 cit. cum per misericordiam viuere facit.
In futuro consummabitur: cum nos co
 ronabit. quos status etiam in sua passio
 ne. et dormitione. 7 vigatione ostendit
In cruce patiēdo: de diabolo triūpha
 uit. **I**n sepulchro quieuit. et in resurre
 ctione exaltauit. **I**ta et nos. penitentiā q̄
 diabolum vincimus: cruciat. **I**usticiā: q̄
 a malis quiescimus: tranquillat. **V**ita e
 terna vbi videtur deus sicut est: glori
 ficat: atqz iocundat. **P**enitentię igitur vox
 est. **M**iserere mei deus. **I**usticię vox est.
Misericordiam 7 iudicium cantabo tibi
 domine. **V**ite eterne vox est. **O**mnis spiri
 tus laudet dominum.

Glossa magistralis: in librum hym
 norum dauid. **P**etri lombardi: Magi
 stri sententiaz: explicit foeliciter. **I**nscul
 pta **N**ueremberge oppido Germanie ce
 lebratissimo. ductu **A**ndree frischer d̄ wū
 fidel. **A**rtium liberaliū magistri. 7 **J**oan
 nis **S**ensenschmid. **E**ius nurembergen
 sis. **A**nno dñi. **M**illesimo quadringente
 simo septuagesimo octauo. die v̄o febru
 arij duodecimo.

Laus deo gloriofissimo.



